

Universitätsbibliothek Paderborn

Lignum Vitae, Ornamentum, & Decus Ecclesiæ

In Qvinque Libros Divisvm. In quibus, Totius Sanctiss. Religionis Divi Benedicti initia; Viri Dignitate, Doctrina, Sanctitate, ac Principatu clari describuntur: & Fructus qui per eos S. R. E. accesserunt, fuissimè explicantur

Wion, Arnold

Venetiis, 1595

Gens Anicia Maxima.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38372

Vrbis, Christi 177. cuius Consulatus in Fastis Capito-
linis, & aliorum sic legitur notatus. *an. 177. consul. T. Vitrasius, T. F. L. N. Pollio. II.*
Eius meminerunt Lampridius in Commodo. & Iul.
Capitolinus in Marco. Nomen Aui illi appositum, vi-
delicet: L. N. communicauit nobis R. P. Hieronymus
Bardi. Filium Genuit Anicium Cerealem.

Gradus 13.

Anicius Cerealis, Anicij T. Polliomis filius, cu-
ius meminerunt Dio, & Spartanus in Caracalla, cum
Aimilio Læto. II. anno Urbis 968. Christi 216. Con-
solatum adeptus est. Horum exstat memoria in hanc an-
tiqua inscriptione.

Terentiæ Flauolæ V.V. Max. Ti. Iulius Bal-
billus, Sac. Solis, ob plura eius in se meri-
ta DD. Prid. Non. April. Læto II. & Ce-
reale Cos.
Eius filius fuisse prædicatur Balista.

GENS. ANICIA MAXIMA.

Qvalis fuerit olim Familia Maxima ex Anicijs Romæ, quam
clara, & illustris, satis superque aperit Aurelius Cassiodo-
rus, lib. 10. Variarum epist. 11. & 12. quæ sunt Theodahadi Regis
ad Maximum Anicum Domesticum V.I. & Senatum Urbis Rome,
qui inter cætera sic loquitur: *Anicos quidem penè Principibus pa-*
res etas prisca progenuit; quorum nominis dignitas ad te sanguinis fon-
te perducta, collectis viribus hilarior insaurata rutilavit. Quis ergo re-
linqueret in posteris minus honoris, quas tam diu constat fuisse preci-
pios? Accusarentur secula, si talis potuisset latere familia, &c.
Et paulo infra in eadem ad Maximum epistola, conferens illi Pe-
miceriatus

nicerius qui & Domesticatus honorem, ait : *Hic honor, quamvis tantis natalibus videatur inferior, cunctis tamen fascibus tuis videtur esse felicior, cuius tempore meruisti coniugem Regiae Stirpis accipere, &c.* In ea vero, quæ est ad Senatum Romanum inquit : *Neque enim fas est humile dici, quod gerit Anicius, Familia toto Orbe prædicata, quæ verè dicitur nobilis, quando ab ea actionis probitas non recedit, &c.* Ex hac familia ferunt quandam Anicum Maximum (utrum tamen nomen eius id fuerit, an cognomen explicare nequeo) huius Anicij Cerialis ætate in Britanniam adnauigasse, cum alijs Legionibus militum Romanorum, tam gregariorum peditum, quam phaleratorum equitum, qui accepta in uxorem puella illius Regni nobilissima, quatuor ex ea liberos sustulit ; sicque factum est ut Anicia Familia propaginibus suis ultra mare Britannicum emissis, etiam Regni illius fasces moderata sit. Huius verò liberos nemo ideo minus Anicios fuisse putare debet, quod in alieno solo nati sint ; pluribus namque Romanis contigisse in prouincijs diuersis occasionibus nasci, multa exempla suppetunt, ut de S. Ambrosio legimus, qui natus est in Gallijs, cum parens eius in Gallijs gereret præfecturam : Sanctus Paulinus Anicius Burdigalæ in Aquitania, Imp. Iustinianus Anicius in ciuitate Bederina, quæ nunc Iustinopolis vocatur in Illyrico : & alij in aliis, ut hi Maximi in Britannia, quamvis origine Romani forent.

Eorum uero nomina fuerunt

Anicius Trahe-	Anicius Maximus , Rex Britannie .	Marius	Anicius Ioelinus, si- ue Leoninus Maxi- mus , Britannia e- gressus, Româ cum Fl. Constâto Chlo- ro Imper. cognato	Anicia N. vxor Coylli, Ducus Clocestriæ , & post Britanniæ Regis: ex cuius coniugio nata.
----------------	--------------------------------------	--------	--	--

Hi duo Regnum Britannæ aliquot annis gubernarunt, ut cum Galfrido Monumetensi, affirmant Vincentius in Speculo, & alij.

bebat) & in Britanniam postmodum abducta, ut auctor est Galfridus rer. Brit. lib. 5. c. 9. ex ea filium procreauit, qui postea Imperator acclamatus est.

suo perrexit, ductaque nobilissima Romana fauore Imperatoris (fortassis ex Anicia Familia, de qua ipse originé habebat) & in Britanniam postmodum abducta, ut auctor est Galfridus rer. Brit. lib. 5. c. 9. ex ea filium procreauit, qui postea Imperator acclamatus est.

D
Vita
III.

Vita

Flauius Anicius, Magnentius Maximus, in Britannia natus, qui Flauius Merobaude. II. & Saturnino VV. CC. Coss. an. Vrbis conditae 1135.
Christi 383. à militibus in Britannijs, ex Duce exercitus contra Gratianum Imp. appellatus est: eodem anno imperare coepit Lugduni
occiso Gratiano octavo calend. Septembbris: & imperavit in Galliis, contra Valentinianum Iuniorem, annos 5. & dies 11. Prælio ui-
etus à Theodosio Imp. Aquileiae, occisus est 6. calend. Septembbris,
anno Christi 388. Vrbis conditae 1140. Eius uxor N. filia Octauii
Britanniae Regis, siue Ducis, ex qua nati. *Galfredus, lib. 5. c. 9.* & alij.

Flauius Anicius Victor, à patre in Galliis Au-
gustus appellatus, eisdemque prouincis Præ-
positus, ille Coss. quibus pater Imperium
coepit; eodemque anno quo pater cæsus est,
& ipse iussu Theodosii in Galliis est intercessus.
Ex uxore N. genitus: *Panuinus, ibidem.*

Anicius Maxi-
mus, patri su-
perstes. *Panu-
nus, Rom. Prin-
cipi, lib. 1.*
Vtrum filios ha-
buerit incertum.

Flauius Anicius Maximus, Romæ natus, Consulatum egit prima
uice anno Vrbis 1185. Christi 433. cum Imp. Theodosio Iun. XIII.
secundò anno Vrbis 1195. Christi 443. cum Flauio Paterno. Et
mortuo Flauio Placido Valentiniano Imp. III. ex Patricio, & Se-
natore Imperator creatus est anno Christi 455. die 16. cal. Aprilis:
& imperavit Romæ menses 2. & dies 27. Occisus eodem anno à
Vandalis, qui Duce Gensericho eorum Rege Romam inuaserant,
pridie Idus Iunii, & in Tibetim proiectus est. Ex uxore N. geniti:
Panuinus ibidem.

N.

N.

N.

Ex horum aliquo progenitus fertur.

Flauius Anicius Maximus. V. C. qui anno Vrbis 1275. Christi uero
523. Consulatum sine collega strenuè gessit: & Primiceriatus,
seu Domesticatus honore à Theodahato Rege, cuius consanguineam,
Regiæ stirpis virginem uxorem duxerat, condecoratus est:
ut uidere est apud Cassiodorum, uariarum lectionum, lib. 10. epis. 11.
qua est ipsius Regis, ad Maximum.

Gra-

Gradus 14.

Sergius Anicius Balista, Anicij Cerealis filius, ut nobis reliquit R. Bardi, cuius duo priora prænomina ex Golzio accepimus: cum in Asia Prefectum ageret sub Macriano, qui se pro Imperatore gerebat, Imperium & ipse contra Gallienum arripuit anno Vrbis 1014. Christi 262. quod cum vix duobus annis tenuisset, factione Aureoli Imp. tyranus occisus est; relicto filio Anicio Iuliano, totius Anicianæ Familiæ illustratore.

GENS ANICIA PAVLLINA,
BASSA, ET FA-VSTA.

Entem Aniciam Illustrissimam, in plures Ramos fuisse diuisam, ita ut nonnulli eorum vocarentur Paullini, alii Bassi, quidam Fausti, cæteri Maximi, Symmachi, Boetii, de quibus partim diximus, partim dicemus suo loco, ex historiis clarorum est. Et Paulinos quidem, & Bassos, Anicianæ Familiæ germina fuisse, produnt tum antiquæ inscriptiones, tum Consulares Fasti: qui quam celebres inter Senatores Christianos in Vrbe fuerint, ab Aurelio Prudencio aduersus Symmachum lib. 1. recensetur his uersibus:

Non Paullinorum, non Bassorum dubitavit
Prompta fides dare se Christo, stirpemq; superbam
Gentis Patriæ venturo attollere seculo.

Quo uero temporis interuallo ex Anicia, Paullina, Bassa, uel Fausta dicta fuerit hæc Familia, non facile est peruestigare. Paullinam autem à Paullo, Bassam à Basso cognomine noto, & Faustum à faurore, quod prosperam, & felicem significat, cui omnes fauent, sic dici, contendit Panuinus de Familia Frangipania, lib. 1. cap. 4. Primus autem Familiae Paullinæ, cuius in Vrbe mentionem factam inuenierim, est

N. Anicius Paullinus, ex sententia Huberti Golzii, Quinti filius, Cōsul suffectus est anno Vrbis 1029. Christi 277. unā cum Imp. Probo

Augu-